TRADITIONAL LATIN MASS

MASS PROPER: JUNE 9, STS. PRIMUS & FELICIAN, MARTYRS

MASS *Sapiéntiam* (red)

INTROIT Ecclesiasticus 44: 15, 14

Sapiéntiam sanctórum narrent pópuli, et laudes eórum núntiet Ecclésia: nómina autem eórum vivent in sǽculum sǽculi. (Ecclus. 44: 32, 1) Exsultáte, justi in Dómino: rectos decet collaudátio. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sæculórum. Amen. Sapiéntiam sanctórum narrent pópuli, et laudes eórum núntiet Ecclésia: nómina autem eórum vivent in sǽculum sǽculi.

Let the people show forth the wisdom of the Saints, and the Church declare their praise: and their names shall live unto generation and generation. (Ecclus. 44: 32, 1) Rejoice in the Lord, O ye just: praise becometh the upright. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Let the people show forth the wisdom of the Saints, and the Church declare their praise: and their names shall live unto generation and generation.

COLLECT

Fac nos, quǽsumus, Dómine, sanctórum Mártyrum tuórum Primi et Feliciáni semper festa sectáriL quorum suffrágiis protectiónis tuae dona sentiámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

Make us, we beseech Thee, O Lord, honor the festival of Thy holy Martyrs Primus and Felician: and through their prayers may we obtain the gifts of Thy protection. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

LESSON Wisdom 5: 16-20

Justi autem in perpétuum vivent, et apud Dóminum est merces eórum, et cogitátio illórum apud Altíssimum. Ídeo accípient regnum decóris, et diadéma speciéi de manu Dómini: quóniam déxtera sua teget eos, et bráchio sancto suo deféndet illos, Accípiet armatúram zelus illius, et armábit creatúram ad ultiónem inimicórum. Índuet pro thoráce justítiam, et accípiet pro gálea judícium certum. Sumet scutum inexpugnábile, æquitátem.

But the just shall live for evermore: and their reward is with the Lord, and the care of them with the most High. Therefore shall they receive a kingdom of glory, and a crown of beauty at the hand of the Lord: for with his right hand he will cover them, and with his holy arm he will defend them. And his zeal will take armor, and he will arm the creature for the revenge of his enemies. He will put on justice as a breastplate, and will take true judgment instead of a helmet. He will take equity for an invincible shield.

GRADUAL Psalms 88: 6, 2

Confitebúntur cæli mirabília tua,

The heavens shall confess They

Latin	English
Dómine: étenim veritátem tuam in ecclésia sanctórum. Miscericórdias tuas, Dómine, in ætérnum cantábo, in generatióne et progénie.	wonders, O Lord, and Thy truth in the church of the saints. Thy mercy, O Lord, I will sing for ever, to generation and generation.
LESSER ALLELUIA Allelújia, allelúja. Haec est vera fratérnitas, quae vicit mundi crímina: Chistum secúta est, ínclyta tenens regna cæléstia. Allelúja.	Alleluia, alleluia. This is the true brotherhood which overcomes the wickedness of the world: it followed Christ, holding fast to the noble kingdom of heaven. Alleluia.
GOSPEL Matthew 11: 25-30 In illo témpore: Respóndens Jesus, dixit: Confíteor tibi, Pater, Dómine coeli et terræ, quia abscondísti hæc a sapiéntibus ei prudéntibus, et revelásti ea párvulis. Ita, Pater: quóniam sic fuit plácitum ante te. Omnia mihi trádita sunt a Patre meo. Et nemo novit Fílium nisi Pater: neque Patrem quis novit nisi Fílius, et cui volúerit Fílius reveláre. Veníte ad me, omnes, qui laborátis et oneráti estis, et ego refíciam vos. Tóllite jugum meum super vos, et díscite a me, quia mitis sum et húmilis corde: et inveniétis réquiem animábus vestris. Jugum enim meum suáve est et onus meum leve.	At that time, Jesus answered, and said: I confess to thee, O Father, Lord of heaven and earth, because thou hast hid these things from the wise and prudent, and hast revealed them to the little ones. Yea, Father; for so hath it seemed good in thy sight. All things are delivered to me by my Father. And no one knoweth the Son, but the Father: neither doth any one know the Father, but the Son, and he to whom it shall please the Son to reveal him. Come to me, all you that labour, and are burdened, and I will refresh you. Take up my yoke upon you, and learn of me, because I am meek, and humble of heart: and you shall find rest to your souls. For my yoke is sweet and my burden light.
OFFERTORY Psalms 67: 36 Mirábilis Deus in sanctis suis: Deus Israel, ipse dabit virtútem et fortitúdinem plebi suae: benedíctus Deus, allelúja.	God is wonderful in His Saints; the God of Israel is He who will give power and strength to His people: blessed be God, alleluia.
SECRET Fiat tibi, quǽsumus, Dómine, hóstia sacránda placábilis, prestiósi celebritáte martýrii: quae et peccáta nostra puríficet, et tuórum tibi vota concíliet famulórum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.	Lord, on this festival of a precious martyrdom, we pray: may our sacrificial Victim appease Thee, cleanse us from sin, and dispose Thee to grant the prayers of Thy servants. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.
COMMUNION John 15: 16 Ego vost elégi de mundo, ut eátis et fructum afferátis: et fructus vester máneat.	I have chosen you our of the world, that you should be and should bring forth fruit; and your fruit should remain.
POSTCOMMUNION Quǽsumus, omnípotens Deus: ut sanctórum Mártyrum tuórum Primi et Feliciáni cæléstibus mystériis celebráta solémnitas, indulgéntiam nobis tuae propitiatiónis acquírat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.	O Almighty God, we beseech Thee, may the solemn feast of Thy Martyrs Primus and Felician, which we celebrate with these heavenly mysteries, obtain for us Thy merciful forgiveness. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.